hac remissione ac fraterna correctione quere Lec.72. et sequentibus.

tu pater noster celestis. | induci pmittas gratiam subtrahēdo ne vincamur.

# Et ne nos inducas in ten tationem.

Lec.78.

demonis. mūdi. carnis in ea descendo p ꝯsensū quo pficitur peccatū.

☞ Petitio sexta q̄ petit remotio mediocris mali. inducētis in malū maximū qd est pctm̄. Hoc aūt malum mediocre. est tētatio ad peccādum. q̄ ꝑm se non mala est. qm̄ p̄parat victori coronā. Sed vinci tentatione malū est. Ideo nō petim⁹ vt nō tentemur: sed ne tentationi succūbam⁹ ei ꝯsentiēdo in pctm̄. ꝛ hoc est induci in tentationē. Tentari itaqȝ ad exercitiū virtutis bonū est. sed in tentatiōe relinqui vsqȝ ad peccati ꝯsensum. malum ē. Petim⁹ ergo a patre nr̄o vt nō subtrahat nobis dum tentamur gratie sue auxiliū. sed tanq̄ pr̄ fidelissim⁹ nos custodiat. vt nos nō ap̄rehēdat tentatio nisi humana. nec paciatur nos tentari vltra id qd possum⁹. sed faciat cū tentatione ꝓuentū vt possimus sustinere. et viriliter suo coopante auxilio triumphare. Multa de tentationib⁹ dyaboli fraudibus. et contrarijs medelis habes Lec.77. et.78. 1. Cor.10.

Sequitur petitio vltima

pene. p̄nti et futuro. | fiat ꝓcedantur petita

# Sz libera nos a malo amē.

Lec.79.

☞ Petitio septima ꝛ vltima cū ꝯclusione p verbū Amē. qua petim⁹ liberationē a malis pene. q̄ minima sūt respectu mali culpe: ꝛ mali occasionis in culpā inducentis. Malum enī pene minus malū est q̄ culpa. qm̄ est culpe ordinatiuū. Exponit aūt a quibusdā de malis pene indifferēter tam p̄sentib⁹ q̄ futuris. Uerum qꝛ nō expediret ꝑm statū lapse nature. omnē penā tolli ab homie. qm ꝑm Greg. Mala que hic patimur ad deum nos ire cōpellunt. Ideo nō oram⁹ vt



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-816/0119
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG